



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. VIII. Fructuum Hvmilitatis breuiarium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

## CAP. VIII.

FRUCTVVM HVMILITATIS  
breuiarium.

§. PLurima duobus proximè antegressis capitibus Humilitatis documenta præconia & inuitamenta præposita nunc vno fasce comprehendenda & ante mentis oculos statuenda, vt illa ipsa humilitas illustris conspiciatur, ardentius ametur, studiosius excollatur, & vigilantius custodiatur.

Humilitas  
Christi se-  
ctatrix.

§. 1. Humilitas est proxima Christi Dei ac Domini nostri imitatrix. Vnde S. Bernard. epistola 42. *Amitte & dator virtutum Christus. Discite, ait Matth. 11. ver. 29. a me non quod sobrius aut castus, aut prudens, aut aliquid eiusmodi: sed quia mitis sum & humilis corde. A me, inquit, discite. Non ad doctrinam Patriarcharum, non ad Prophetarum libros ego vos mitto, sed me vobis exemplum, me formam humilitatis exhibeo.*

Diaboli ve-  
xillum su-  
perbia, Chri-  
sti signum  
humilitas.

§. 2. Quod si qui certo & euidenter cognoscere desiderent, sub quo Imperatore stipendia faciant & mereantur, sub principe lucis, vel tenebrarum, sub demississimo Christo Dei Filio, vel crudelissimo tyranno demone sanctum auscultent Augustinum libro 14. de Ciuitate Dei cap. 13. *Hinc in ciuitate Dei & ciuitati Dei in hoc saculo peregrinanti maxime commendatur humilitas, & in Rege, qui est Christus, maxime predicatur: contrariumq; huic virtuti elationis vitium, in eius aduersario quæsi Diabolus, maxime dominari, Sacris literis docetur: profecto est magna differentia, qua vtræq; ciuitas discernitur, vna scilicet societas piorum hominum, altera impiorum.* De hac imitanda Christi Saluatoris humilitate eleganter disserit S. Leo sermone de Natiuitate Domini. Sanctus Gregor. libro 34. Moral. cap. 21. & 22. quæ inculcat iterum l. 4. epist.

epistola 38. Ioanni Archiepiscopo Constantinopol. S. Bernard. ferm. 1. de Natiuit. Domini.

§. 3. Humilitas fidem commendabilem Deo, acceptam reddit, vt fidem faciunt Centurio Matth. 8. v. 10. Chananaea Matth. 15. v. 28. Magdalena peccatrix Luc. 7. versi. 50. Deum precanti exorabilem, propitium, & benignum exhibet Psalm. 101. v. 18. Iudith. 9. v. 16. Eccl. 35. v. 21. vt & numero 2, memorato declarant exempla.

§. 4. Humilitas est maximus Dei cultus & honoris exhibitio ac desiderabile sacrificium Eccl. 3. versi. 21. Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Psalm. 50. v. 19. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias Dan. 3. v. 38. 39. 40.

§. 5. Sine hac virtute omnis virtus inefficax & vana. S. Chrystomus homilia 15. in Matth. exponens Saluatoris sententiam cap. 5. versic. 3. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Quoniam, inquit, superbiam mentis esse constat causam malorum & radicem fontemq; peccatorum, contrarium aegritudini remedium docendo conficiens, quasi fundamentum quoddam forte atque munitum hanc primam sententiam collocauit. Siquidem vnusquisque humilitate supposita tutissime cuncta alia supponit edificans, hac vero subducta etiamsi ad ipsum vsque caelum conuersationis sublimitate peruenias, simul omnia subtrahuntur, atque in finem pessimum relabuntur. Nam siue orationem, siue ieiunium, siue misericordiam siue pudicitiam, siue aliud quid bonorum absque humilitate congreges, statim cuncta defluunt cunctaq; depereunt. Quod etiam Phariseo legimus accidisse Lucae. 18. versicul. 14. qui quum ad ipsum virtutis cacumen ascenderet, amittens simul vniuersa descendit, quia scilicet non habuit matrem honorum humilitatem. Sicut enim superbia omnium fons malorum est, ita humilitas cunctarum origo virtutum. Similia habet homilia 32. in Ioannem. Et homilia 38. ad Antiochenos. Humilitati nihil aequale

Humilitas alia opera Deo gratia ra efficit.

Acceptus Deo cultus, humilitas.

Euanida sine humilitate virtus.

Animi elatio peccatorum scaturigo, virtutum fons humili-  
hec s. no.

hac est bonorum mater & radix, alitrix & occasio, simul & vinculum: hac semota abominabiles & scelesti sumus & mundi. Est autem virtutum fundamentum humilitas, quia earundem impedimentum remouet superbiam, tum quia disponit & preparat hominem, vt ad capeſſenda ſpiritualia dona fit idoneus. Deus enim ſuperbis reſiſtit, (tantum abest, vt dona ſua largiatur) humilibus autem dat gratiam, quam omnis virtus inſunditur Iacob. 4. v. 7. 1. Pet. 5. v. 5. Sic ergo quod ait S. Bernard. in ſine lib. 5. de Conſideratione: Virtutum bonum quoddam & ſtabile fundamentum eſt humilitas, veriſſimum eſt. Et S. Aug. ſerm. 10. de verbis Domini: Cogitas magnam fabricam conſtruere ceſtitudinis, de fundamento cogita prius humilitatis & peruenies ad faſtigium caritatis.

Cur virtutum fundamentum humilitas.

Humilitas radix & baſis virtutum.

Humilitas ab omni perturbatione tempeſtate & ſecuriſſimus portus.

§. 6. Humilitas eſt ſuauiſſima quies & animi tranquillitas, quemadmodum affirmat Dominus Matthei. S. Chryſoſt. homil. 3. in Matthei. Vt ergo, inquit, hic & illi optata requie multa cum gloria perfruamur, humilitatem matrem bonorum noſtris penitus mentibus inferamus. Sic enim & iſtius vite pelagus abſque vilo tumore fluctuum tranſire poterimus, & in tranquilliffimum illum portum enauigare gratia & miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt gloria & imperium cum Patre & Spiritu in ſempiterna ſacula ſaculorum. Amen. Humilitas eſt dæmonum infidiis eripit, quemadmodum docet Sanctus Ephrem, de recta vite vocatione cap. 8. Amplectere, ait, humilitatem, & Diaboli rathum nunquam capieris: leniſſimis enim humilitatis alis ſublata velociter ac ſublimer exiſtes, quam vt ab eo capi poſſis.

Humilitas Eccleſiaſtica dignitatis & concordia conſeruatricis & exornatrix.

§. 7. Eſt Eccleſiaſtica tum dignitatis tum pacis ac ceſſio pariter & ornatus. Qui humilis eſt, inquit Beatus Ioannes Chryſoſtomus homil. 1. in epiſtolam 1. Corinthiacam, & gratioſus omnibus & iucundus, & perpetua pacis ſocius, nullam bellorum habet materiam: Quippe rathus omnia a quo animo perfert, & incredibili in omnes pace vritur. Sanctus Gregorius libr. 11. epiſt. 45. ad Cyriacum Patriarchiam

cham Constantin. In radice pacis, ait, aliter viuere non valemus, nisi mente & actu humilitatem, quam auctor ipse pacis, docuit, teneamus.

§. 8. Eadem modestissima virtus est presentis diuinae gratiae argumentum, hanc enim vt Scriptura sa-<sup>Humilitas presentis Dei gratia indica-</sup> piusculè testatur, dat humilibus. S. August. ferm. 27. de cma. verbis Domini: *Confluit aqua ad humilitatem vallis denat de tumoribus collis.*

§. 9. Humilitas hominem non deprimat, sed ex-<sup>Honorem & gloriam parit humilitati.</sup> tollit. Prouer. 18. v. 12. *Antequam coneratur, exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur, humiliatur.* Et Prou. 15. v. 33. *Gloriam praecedit humilitas. & c. 16. ver. 18. Contritionem praecedit superbia & ante ruinam exaltatur spiritus.* Quod idem est cum Saluatoris sententia Luc. 14. v. 11. & sapius alibi iterata: *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* S. Aug. lib. 14. de Ciu. Dei c. 13. *Pia humilitas, inquit, subditum facit superiori, nihil est autem superius Deo & ideo exaltat humilitas, quae facit subditum Deo.* Elatio autem qua in vitio est, eo ipso, quo respuit subiectionem & cadit ab illo, quo non est quicquam superius, & ex hoc erit inferius, & sit, quod scriptum est, Psal. 72. v. 18. *Deiecisti eos, dum extollerentur. Non enim ait: Cum elati fuissent, vt prius extollerentur, & postea deicerentur: sed cum extollerentur, tunc* <sup>Cor extollit humilitas.</sup> *deiecti sunt. Ipsum quippe extolli iam deieci est.* Idem Sanctus August. 175. ferm. de Tempore. qui est 2. de Domini Alcenf. *Videte fratres, ait, magnum miraculum. Altus est Deus, erigit te, & fugit à te, Humiliat te, & descendit ad te. Quare hoc: Quia excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta de longe cognoscit Ps. 137. v. 6. Humilia de proximo aspicit, vt attollat, alta, id est, superba de longe cognoscit vt deprimat.* Diuum Augustin. scctatus B. Greg. p. 3. Past. admonit. 18. *Dum se, inquit, humiles deiciunt, ad Dei similitudinem ascendunt. Quid humilitate sublimius, quae dum se in ima deprimat, auctori suo manenti super omnia coniungitur.* Sanctus Chryostomus homil. 66. in Matth. *Humilibus quid*

quid iucundius? quid beatius est? qui quum Deo gratiam sint, non paruam etiam ab hominibus, quam non quarunt, gloriam reperire solent. Nempe ab hominibus quasi parentes coluntur, quasi fratres amantur, quasi propria membra fontur. Amplectamur igitur humilitatem, si sublimes fieri desideramus, præsertim cum videamus ab insolentia deperit homines Luca 1. versicul. 32. Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. Et si autem Sancti ex sua conditione & nihilo humiles sunt, magnanimi tamen sunt in Deo suo dicuntque cum Regio vate Psalm. 17. v. 30. In Deo meo transgrediar murum. Hoc est à Deo confirmatus ejusq; cælesti ope subnixus vniuersa quantumvis difficillima quale esset, altissimum transcendere murum, per incam. Et cum Apostolo Phil. 4. v. 13. Omnia possum in eo qui me confortat. S. Greg. 1. 6. in 1. Reg. c. 3. Electus quisq; ait humilis est, & sterilis non est, quia quod magna agit, sed de se magna non sentit. Et iterum. Quos re humiles sunt, foris se deiciunt, sed per internam societatem in summis & æternis pascuis immorantur.

Ad cœlestes  
eosq; maxi-  
mos honores  
prouehit hu-  
militas.

§. 10. Humilitas et si in hoc sæculo hominem honestet & ornet, potissimum tamen ad cellissimam cælestis gloriæ sedem effert, & hæc est illud regnum q humilibus pollicetur Christus Dominus Matth. 5. v. 4. & ista exaltatio, quam promittit Matth. 23. v. 12. Luca 18. versicul. 14. cuius rei exemplum ipse dedit, humilians se vsque ad mortem crucis & exaltatus ad Dei Patris gloriam accepit nomen quod est super omne nomen Philipp. 2. S. Chrysostomus hom. 66. in Matth. Hoc superbie opus est, vt non modo nihil boni nobis afferat, sed etiam quæ habemus, corrumpat. E contra vero humilitas facit: nam ea, quæ nobis adsunt, bona conseruat, & quæ non habemus facile adiicit. Hanc igitur admiremur, hanc sequamur, vt & in hac vita honorifice conuersemur & futura gloria potiamur. Et hom. 45. in Math. Quemadmodum non est possibile animal sine capite viuere, sic sine humilitate salus haberi non potest. Hanc

Etiam omnia bona originem trahunt. S. Bern. serm. 1. de Natiuit. Domini Studete, inquit, humilitati, que fundamentum est cu- Decretis no-  
 sosque virtutum, sectamini illam, que sola potest saluare ani- bis à Deo  
 mas vestras. beatitatis

§ 11. Denique cum humilitas sit aptissimum gratiæ sempiternæ virtutisque recepraculum æternæque beatitudinis ei illusis no-  
 facta sit à Deo promissio, non est mirum, quod sit illu- ta humili-  
 stre prædestinationis nostræ indicium. S. Gregor. lib. 3. 4. tas.  
 Moral. cap. 2. 4. Quia Redemptor noster, inquit, corda regit hu- Demon ex-  
 milium, & Leuiathan iste Rex dicitur superborum, aperte co- probratio:  
 gnoscimus, quod euidētissimum reprobatorum signum superbia sua superbia  
 est, et contra humilitas electorum. infecta de-  
 mo expelli-  
 tur S. Greg.  
 3. dial. c. 4.

## CAPVT IX.

PROPRIE INDIGNITATIS ET DIVINÆ  
 excellentiæ contemplatio.

**H**is diligenter consideratis nemo non huius vir- tutis amore inardescit, & eius obtinendæ desi- derio tenetur. Ad quod eum multa adiumenta suppe- ditent, illud tamen caput humanæ vilitatis, & diuinæ Maiestatis ac præstantiæ contemplatio. Precandum eum S. August. Nouerim te, nouerim me, nouerim te, vt amem Nosce te ip-  
 te, nouerim me, vt contemnam me. Sui suæque abiectionis sum, vt sis  
 noticia comparatur humilitas, cum se homo sinit eo- humilis &  
 ram Deo & cœlitibus [quia vt ait S. Bernard. serm. 42 in Deo gratias  
 Cant ad illud lumen veritatis constitutus homo seipsum, & sine  
 dissimulatione inspicit, & sine palpatione diiudicat. S. Greg et-  
 iam lib. 32. Moral. cap. 1. Sancti viri, ait, quo altius apud Deum  
 virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius, indignos se esse de-  
 prehendant: quia dum proximi lux fiunt, quicquid eos in seip-  
 sis latebat, inueniunt, & tanto magis foris sibi deformes appa-  
 rent, quanto minus pulchrum est, quod intus vident. Tunc ex-  
 pedit & ponderat, quis corpore sit, quis animo, quod  
 Mm ex ni-